

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0415

0413

0419

0409

401

Qui de convallis ista rapientes, cum singula reperissent,  
ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium et in cavernis terrae vel super glaream; qui inter hujuscemodi laetabantur et esse sub sentibus delicias putabant.  
Haec ibi. Textus ille ita positus est, ac si litteraliter de illis Arabibus deberet intelligi.

0424

0404

0464

Dum autem spoliis deficientibus in deserto manere non possunt, egestate coacti congregantur per turmas et uxoribus et pueris in deserto dimissis in aliquam regionem incident et nocte civitatem aliquam aut villam irrumunt, domorum ostia frangunt et, quaecumque ad manum venerint, diripiunt et ita cum praeda ad uxores et parvulos in desertum refugiunt, verum homines non occidunt, nisi casu contigerit. Has autem insolentias faciunt in Syria, Palaestina et Aegypto et nonnumquam magnas civitates intrant et exspoliatis aliquibus dominibus cum praeda revertuntur, unde bina vice, tempore quo ego fui in Jerusalem, sunt in civitatem latenter ingressi in tenebris et insultum magnum fecerunt, nec potest aliquis eos domare, sed omnes eos timent. Nec hoc videtur mirum scienti Scripturam sacram. Nam tempore potentissimorum regum, quando stabant ordinatissima regimina, terram Arabes illi turbaverunt, ut patet 2. Paral. 21., ubi habetur, quod Arabes ingressi Jerusalem omnia diripuerunt abducentes etiam de domo regis uxores ejus et filios etc. Idem Arabes in reaedificatione Jerusalem et templi valde infesti Neemiae fuerunt, ut habetur Neemiae II. de Gosem Arabe, qui prohibuit reaedificari Jerusalem. Et Neem. IV. congregati fuerunt Arabes contra aedificantes civitatem sanctam. Et ego credo, si quis hodie conaretur muris et portis ac seris bene claudere Jerusalem, quod Arabes omnibus modis obsisterent. De his Arabibus habetur 2. Maccab. XII., quod collecto grandi exercitu, in quo erant quinque millia viri et quingenti equites, contra Judam Maccabaeum processerunt, sed (26 a) victi fuerunt a Juda et petierunt dextras sibi dari promittentes, pascua se datus et in caeteris profuturos. Judas autem arbitratus eos sibi in multis utiles pacem fecit et ipsi Arabes discessere in tabernacula sua. Ex hoc textu patet,

26.

0364

0514

0314

0914

Ende

Anfang

